

Præceptum

Capitulum. vii.

Quinto man-

das nobis seruitus divina deo exhibenda per opera exteriora tripliciter. Sacrificijs oblationibus et decimatione. Sacrificia ut dicit Lxx. ij. q. lxxxv. proprie dicuntur quando circa res deo oblatas aliquid fit sicut quod animalia occidebantur a sacerdote et panis benedictus hodie. Unde sacrificium dicitur quod aliquis facit eo facit. Oblatio vero est deo oblatum et si nihil circa ipsum fiat.

A Sed quare tenemur ne hodie sacrificia proprie offerre. Respondetur quod sic. Ubi notandum per eundem quod lex naturalis dicitur deo sacrificium offerendum videlicet quod homo sensibilibus rebus utat offerens eas deo in signum debite subiectionis et honoris. Per similitudinem eorum qui hodie in quibusdam regnis dominis eorum aliqua offerunt in recognitionem dominii. Per illud Ecclesiasticum xxxv. Non apparebis ante spectum dei vacuus. **B** Est autem duplex sacrificium. Unum principale interius quo anima se offert deo in sacrificium. sicut participio sue creationis et sicut fini sue beatificationis. de quo psalmus. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humilatum deus non despicies. et ad hoc sacrificium omnes tenemur. Aliud est exterius quo Christus a sacerdote in eucharistia sacrificatur. et etiam alij actus exteriorum res aliarum virtutum qui in divina reverentia assumuntur. quorum aliqui cadunt sub precepto alij sub consilio. Unum quilibet Christianus pro modico suo. missae sacrificio debet cooperari. quod sacrificium dignum est omnibus sacrificijs quod ubi societas angelica. fons omnis gratie. memoriale Christi caritatis summe quam patienter exhibuit. actio sacerdotis dignissima et prestantissima in finem boni. Sicut autem quod genera hominum participantium de hoc sacrificio missae. Primo fideles etiam peccatores. Secundo fideles in caritate erigentes extra materialiter ecclesiam. Tertio assistentes missae sive sine in caritate sive extra. Quarto offerentes bona sua. de quibus omnibus per quod in canone orat sacerdos. Quinto ipsi semet ipsi

Primum

sacerdos quod si dispositus est plus omnibus potest. sed praecedentes plus et minus ordine quo numerati sunt. **C** Secundo de oblatione Christi. primo quoniam sit preceptum offerre. Respondetur tunc. ubi per quod lxxxvi. et lxxxvii. Res naturalis dicitur quod eis qui divino cultui ministrant ad salutem totius populi. populus totus necessaria victus amministret. Sicut et his qui contra unitatem invigilant. Principibus et militibus et alijs hominibus stipendia victus debent. Probat hoc apostolus. i. Cor. ix. per beatas consuetudines dicens. Quis ministrat suis stipendium unum. Unde ut habetur Genesim xlvi. rex gentibus Pharaon sacerdotibus spem terram dederat. et omnibus secularibus pro fame possessiones suas vendentibus. sacerdotes terram suam quiete possidebant. et eis cibaria ex horreis publicis portangebant. Sequitur in dicitur tunc. postea. quod contingere potest quod aliquis ad oblationes tenens quadrupla ratione. Primo ex precedenti ratione. sicut cum alicuius praedecessor alicuius fundus ecclesie ut certis personis certas oblationes faciat. quod tamen huius ratione census. Secundo propter praecedentem deputacionem sive permissionem. Sicut cum aliquis offert donationem inter vivos vel cum relinquit in testamento ecclesie aliquam rem mobilem vel immobilem impositam solvendam. Tertio modo propter ecclesie necessitatem. puta si ministri ecclesie non haberent unde sustentarentur. Quarto propter consuetudinem. tenentur enim fideles in aliquibus solemnitatibus ad aliquas oblationes consuetas. Et ideo illi qui debitas oblationes non reddunt possunt puniri per subtractionem sacramentorum. non per ipsum sacerdotem cui sunt oblationes faciende. ne videatur per sacramentorum exhibitio aliquid erigere sed per superiorem aliquem. **Hec ille.** Sed quare contra unitatis debet esse oblatio vel cuius species. Respondetur idem. quod quo ad talia in ultimis duobus casibus remanet oblatio quodammodo voluntaria scilicet quo ad quantitatem et spem. Alicubi enim offertur panis et vinum. alicubi et alia. alicubi pecunia. alicubi candelae et similia. **Quare cur solis sacerdotibus debeantur**